

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo LXXXVI

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)



apostolus cum dicebat. Non enim accepistis spm seruitutis iterum in timo-  
mose; illum autem timossem castum adtendebat. cum dicebat; nolite  
sapere sed time; in illo timose quem foras caritas mittit. est & iam seruitus  
simul foras cum ipso timose mittenda. Utrumq. enim iunxit apostolus. hoc  
est seruitatem & timossem dicendo. Non enim accepistis spm seruitutis iterum  
in timose; ad hanc seruitatem seruum pertinentem intuebatur & dñs dicens.  
Jam non dico uos seruos. quia seruus nescit quid faciat dñs eius. non utiq. ille  
seruus ad amorem pertinens castum cui dicitur. Euge bone serue intra in  
gaudium dñi tui. sed ille seruus pertinens ad timossem foras a caritate mitten-  
dum. de quo alibi dicit. seruus non manet in domo in aeternum. filius autem  
manet in aeternum; qm itaq. dedit nobis potestatem filios dñi fieri. non ser-  
ui sed filii simus. ut miro quodam & ineffabili sed tamen uero modo serui non  
serui esse possimus. serui scilicet timose casto. ad quem pertinet seruus intrans  
in dñi sui gaudium. non serui autem timose foras mittendo. ad quem perti-  
net seruus non manens in domo in aeternum. ut autem tales serui non serui si-  
mus. dñm facere scimus. hoc autem seruus ille nescit quid faciat dñs eius;  
& cum aliquid boni facit. sic extollitur quasi hoc ipse faciat. non dñs eius. & in  
se non in dño gloriatur. cum se ipse deceperit. quia sic gloriatur quasi non  
accepert. nos autem carissimi ut amici dñi esse possimus. quid nos ter dñs  
faciat sciamus. non solum enim homines uerum & iam iustos ipse facit nos.  
& non ipsi nos; & ut hoc sciamus. quis nisi ipse facit. Non enim spm huius mun-  
di accepimus. sed spm qui ex dō est. ut sciamus quae ad dō donata sunt nobis;  
ab ipso quid quid boni est donatur. ergo quia & hoc bonum est. ab ipso utiq.  
donatur ut sciatur a quo bonum omne donatur. ut omnino de omnibus  
bonis qui gloriatur in dño gloriatur. quod uero sequitur. Nos autem dixi  
amicos. quia omnia quaecumq. audiui a patre meo. nota feci uobis. ita est  
profundum ut nullo modo sit isto sermone coartandū. sed in aliū differendū.

**INCIPIT SERMO LXXXVI. DE EO QUOD DICIT. VOS AUTEM  
DIXI AMICOS. USQ. AD FRUCTUS uester maneat. ut quod  
cumq. petieritis a patre in nomine meo de uobis.**

**M**erito quaeritur quomodo accipiendum sit. quod ait dñs. Uos autē  
dixi amicos. quia omnia quaecumq. audiui a patre meo. nota feci  
uobis. Quis enim audeat adfirmare uel credere. ullum hominum  
scire omnia quaecumq. a patre audiuit unigenitus filius. quando ne hoc qui-  
dem quisquam capit. quomodo audiat a patre ullum uerbum. cum ipse sit  
patris unicum uerbum. quid quod aliquanto post in hoc ipso tamen ser-  
mone quem post cenam ante passionem ad discipulos habuit. in ultia inquit



habeo uobis dicere. sed non potestis illa portare modo. quo igitur pacto intel-  
 lecturi sumus. omnia eum nota fecisse discipulis quaecumq. audiuit a pa-  
 tre. cum propterea quaedam multa non dicat. quia scit eos modo portare  
 non posse. sed nimirum quod facturum est. fecisse se dicit. quia ea quae futura  
 sunt fecit; sicut enim dicit per prophetam. foderunt manus meas & pedes.  
 nec aut fossuri sum. uelut praeterita dicens. & ea tamen futura praedicens.  
 ita & hoc loco ait. omnia se nota fecisse discipulis. quae se nouit nota esse fac-  
 turum in illa plenitudine scientiae de qua dicit apostolus. cum autem uene-  
 rit quod perfectum est. quod ex parte est euacuabitur; ibi quippe dicit.  
 Nunc scio ex parte tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. & nunc  
 per speculum in enigmate. tunc autem facie ad faciem. Nam & ipse aposto-  
 lus saluos nos dicit esse factos per lauacrum regenerationis. quia tamen  
 alio loco. Spe inquit salui facti sumus. spes autem quae uideatur. non est spes.  
 quod autem uidetur quis quid sperat. Si autem quod non uidemus speramus.  
 per patientiam expectamus. Unde & iam eius coapostolus petrus. in quem  
 modo inquit non uidentes creditis. quem cum uideritis exultabitis gaudio  
 inenarrabili & honorato. percipientes mercedem fidei salutem animarum  
 uestrarum. Si ergo nunc tempus est fidei. salutem autem animarum mer-  
 ces est fidei. quis dubitat infide quae per dilectionem operatur peragen-  
 dum diem atq. in fine diei recipiendam esse mercedem. non solum re-  
 demptionem corporis nostri de qua dicit apostolus paulus. uerum & iam  
 salutem animarum uestrarum de qua dicit apostolus petrus. Utriusq.  
 enim rei felicitas isto tempore atq. in ista mortalitate in spe potius ha-  
 betur. quam in re tenetur. uerum hoc inter est quod exterior noster ho-  
 mo. id est corpus adhuc corrumpitur. interior autem id est anima iam  
 renouatur de die in diem. Itaq. sicut immortalitatem carnis & salutem  
 animarum futuram expectamus. quam uis iam pignore accepto salui  
 facti esse dicamur. ita omnium notitiam quaecumq. unigenitus audiuit  
 a patre. futuram sperare debemus. quam uis hoc se iam fecisse dixerit  
 xpi. Non uos me elegistis inquit. sed ego elegi uos; haec est illa ineffabi-  
 lis gratia. quid enim eramus quando xpm nondum elegeramus & ideo si  
 diligebamus. nam qui eum non eligit. quomodo diligit. Numquid iam  
 in nobis erat quod in psalmo canitur. elegi abiectus esse in domo dñi. magis  
 quam habitare in tabernaculis peccatorum. non utiq. quid ergo eramus.  
 nisi iniqui & perdit. neq. enim iam credideramus in eum ut eligeret nos.  
 nam si iam credentes eligit. electos eligit. Cur ergo dicit. non uos me  
 elegistis. nisi quia misericordia eius praeuenit nos. hic certe uocat uana



illorum ratiocinatio qui praescientiam dei defendunt contra gratiam dei,  
& ideo dicunt nos electos ante mundi constitutionem, quia praesciuit nos  
deus futuros bonos, non se ipsum nos facturum bonos; non hoc dicit quid dicit.  
Non uos me elegistis, quoniam si propterea nos elegisset, quia futuros bonos  
esse praesciuerat, simul & iam praesciisset quod eum nos fuisset prius  
electuri; non enim aliter esse possemus boni, nisi forte dicendus est boni,  
qui non eligit bonum. Quid ergo eligit in non bonis, non enim electi sunt  
qui a boni fuerunt, qui boni non essent, nisi electi essent. Alioquin gratia  
iam non est gratia, si praecessisse contendimus merita, haec quippe  
electio gratiae est, de qua dicit apostolus. Si ergo & in hoc tempore reli-  
quiae per electionem gratiae, factae sunt; unde subiungit; si enim gra-  
tia iam non ex operibus, aliquam gratia iam non est gratia. Audi in gratia.  
in grate audi. Non uos me elegistis sed ego uos elegi; non est ut dicitur.  
ideo electus sum, quia iam credebam; si enim credebas in eum, iam elegeras  
eum. Sed audi, non uos me elegistis; non est ut dicas, antequam crederes,  
iam bona operabar, ideo electus sum. Quid enim est boni operis, antequam  
dem, cum dicit apostolus. Omne quod non est ex fide peccatum est.  
Quid ergo dicturi sumus audiendo, non uos me elegistis, nisi quia mali  
eramus & electi sumus ut boni per gratiam nos eligentes essemus, non est  
enim gratia, si praecesserant merita, est autem gratia, haec igitur non  
inuenit, sed effectit merita; & uidet & carissimi quem admodum non  
eligit bonos, sed quos eligit faciat bonos; Ego inquit elegi uos & posui uos  
ut exatis & fructum afferatis & fructus uester maneat, nonne iste est  
fructus de quo iam dixerat, sine me nihil potestis facere, elegit ergo &  
posuit, ut exatis & fructum afferamus, Nullum itaq, fructum unde nos  
elegit habebamus; ut exatis inquit, & fructum afferatis; imus ut afferamus  
& ipse est uia qua imus, in qua nos posuit ut exatis; proinde in omnibus mi-  
sericordia eius praeuenit nos; & fructus inquit uester maneat, ut quodcumq,  
pateris patrem in nomine meo de & uobis. Maneat ergo dilectio, ipse est  
enim fructus noster, quae dilectio nunc est in desiderio, nondum in saturitate,  
& ipso desiderio quodcumq, paterimus in nomine unigeniti filii, dat nobis  
pater; quod autem accipere saluandis non expedit nobis, non existimemus  
nos pater in nomine saluatoris, sed hoc paterimus in nomine saluatoris quod  
pertinet ad rationem salutis.

**INCIPIT SERMO LXXXVII DE EO QUOD DICIT HAEC MAN-  
DO UOBIS UT DILEXATIS INUICEM USQ, AD SED EGO UOS  
ELEGI DE MUNDO PROPTEREA QD DIT UOS MUNDO.**